



E 3. 27

Q

10
Consilium,
SIGISMUNDO
POLONIAE ET SVE-
CIAE REGI,

*Cum de confirmanda RELIGione August.
Confessionis, & Archiepiscopo Upsaliensi, &
Coronationis ritibus, à quo administran-
di essent? inter Regiam ipsius M^{tem},
& Ordines Regni Suecia, magna
animorum contentione
disceptaretur:*

exhibitum 6. Ianuarij
Stocholmiæ.



Anno M. D. XCIIII.

SIGILLUM
COLONIAE ET SVB
CIVITATIS REGI

Com de consuetudinibus RELEGIONIS
Consuetudinibus & Archiepiscopi
Civitate et suburbio, a quo administrantur
et sunt inter Regiam ipsam
& Ordines Regni Sveciae
animarum contentiones
discipulorum et

Collegium & Institutum
Stockholmense



Anno M. D. XCIII





Erenissime Rex, potentissime Princeps
ac Domine, domine clementissime. Ac-
cipe paucis à seruitore, quem conduxisti,
consilium, hisce temporibus, & regno, &
rebus tuis accommodatum; nec non spe-
cimen fidelitatis, & iudicij, ex sincero &

candido pectore profectum. Hæc est præsens rerum facies
in hoc regno (proh dolor) vt omnia videantur esse plena ti-
moris & periculi, quibus succurrendum est duplici consi-
lio, tum pacis & concordia, tum contra vim & rebellio-
nem. Et quia certum est, in arte Gubernatoria, principem
non posse sua scientia cuncta complecti, vt dicit Tacitus *a*
nec unius mentem esse tantæ molis capacem *b* Ergo esto
Princeps sapiens sapientum commercio *c* Et adhibe in cõ-
siliis, morum hominumq; & Prouinctæ peritos *d* Non
enim exteros temerè, non aduenas. Quia veriloquium esse
putatur, ad consilium de republ. dandum, caput esse nos-
se republ. *e*. hisq; fidendum, nec temerè ab eorum sen-
tentia discedendum. Triticum enim est Poëtæ veteris *f* Lau-
datissimus est ipse, qui cuncta videbit. Sed laudandus
is est qui paret recta monenti. Cui & adstipulantur alij *g*
Cauendumq; ne ad illud dictum res redeat, Qui recta
consilia sequi noluerit, pereat suis rationibus, cum alterius
prudentiã possit esse saluus. *h*

Sed hic subsiste parùm, & attende. hæc omnia locum
habent, cum sceptrum regni teneas; non cum de adipi-
scendo labores. Nam in hoc postremo valeat regula: Fie-
ri quid debeat cum multis tracta, quid facturussis, cum
paucis, quibus volueris, aut ipse tecum *i*. Casu itaq; quo
Consiliarij cum rege suo sunt dissidentes, caueat sibi Prin-
ceps, & secretum hoc habeat, nulla esse meliora consilia,
quàm quæ ignorauerit aduersarius, antequam fierent *k*
sed

a 3. *Annal.*

b *Id. 1. An-
nal.*

c *Euripid.*

d *Tacitus.*

e *Cic de O-
rator.*

f *Hesiodi.*

g *Cicero pro
cluentio.
Liu lib 22.*

h *Cic Epist
Famili.*

i *Veget. l. 3.*

k *Ibidem.*

sed tamen, quia consilio & adminiculo opus est, habeatur
consilium non consularijs, sed Regi, hoc est, semper in
i Seneca. conspectu & praesentia Regis de summa reipublica deli-
berandum, l

Omnia priuata & separata conuenticula, uti pestis per-
niciosa, in repub. exterminanda. Quia facies hominis, fa-
cies leonis, Et in eiusmodi casibus, quicquid agitur ab-
m Tacitus. sente Rege, in caput eius plerumq; redundat m. Et arcti-
us vinculum parit non sine suspitione periculi. Vulgatum
enim est, quod nimia familiaritas seruorum, est conspira-
tio aduersus Dominum n. Plin. Iun. Caue igitur ac iterum caue, ne
sine tua praesentia, moderni temporis negocia tractentur:
Sed tu ipse, qua de re necessariò consultandum est, certam
designationem in scriptis tibi dare iubeto, & diem & lo-
cum consilij praefige.

Et ubi ad deliberationem peruentum fuerit, liberta-
tem dicendi cuilibet permitte, ne cum fortuna tua, quam
tecum potius loqui videantur. o Idq; tibi gratum fore non
obscurè pra te feras. Deinde, benignè & liberaliter tra-
ctentur. Quia
o Terentius
Hf.

Dextera praecipuè capit Indulgentia mentes

Asperitas odium, saeuacq; bella mouet,

Et hoc tibi peculiariter vsurpa, Et amorem apud popula-
res, & metum apud hostes, quaerendum. p
p Tacitus,
Annal.

Nec ad consilium taceas, sed breuiter te explica, aut ti-
bi placere, aut religione & conscientia te impediri, quò
minus ea facere possis. Quo casu vrge aliud consilium,
de inueniendis medijs ad praesentem temporis statum ac-
commodatis, quò, sine periculo & impedimento, id quod
velis, consequi possis. Aut si dubitas, te cogitaturum, aut
sententiam tuam per alium indicaturum ostende.

Et quia, ut ego animaduerto, tria sunt, quae tibi nego-
cium

cium faceffunt capita, *RELIGIONIS, ARCHIEPI-
SCOPI, & CORONATIONIS*: de fingulis hæc pauca
referam.

RELIGIONIS caufa popularis eft, quia magnum
eius in animos imperium. Religione enim vita conflat q
Et omnes religione mouentur, & Deos Patrios, quos à
maioribus acceperunt, colendos fibi diligenter & retinen-
dos arbitrantur. Itaq; qualifcunq; ea haufta ægrè educitur
quoniam cuiq; fua optima videtur, vt quæ non ratione, fed
affectu dijudicantur à fingulis. f

Et cùm ordines huius regni, in ea, ius acquifitum te-
neant: non penes Principem eft illud tollere aut debilitare.
Extat enim prudens monitum Mecenatis apud Dionem
Cafium, ad Auguftum, cuius hæc funt verba: Eos verò,
qui in diuinis aliquid innouant, odio habe & coërce, non
Deorum folùm caufa: fed quia noua quædam numina hi
tales introducentes, multos impellunt ad mutationem re-
rum. Vnde coniurationes, feditiones, conciliabula exi-
fiunt, res profectò minimè conducibiles principatui. Et
legibus quoq; expreffum eft, quod in Religionem com-
mittitur, in omnium fertur iniuriam. u.

Qua in re cùm fubditorum animos incredibili quodã
ardore hic concitatos comperiamus, aded ut fine publicis
turbis nihil mutari poffit: nullum hic extremum eft, quàm
ut S. R. Mts, de Religione purè & fimpliciter caueat.
more prædecefforum, non facta mentione hæredum,
quos tamen fi obligatione comprehendere voluerint, prius
nasci quàm obligari rationis eft, & hic paffus placidis con-
filijs poterit componi. Neq; prius de Templo, hoc reum
ftatu; quàm de Sceptro vrgendum & laborandum cenfeo,
ne contra ordinem naturæ, particularis quæftio vniuer-
fam præcedat & impediatur.

A 3

De

q Plin. lib.
14. nat. hift.

r Cicero, V.
in Verrem.

f Philo Iud.
ad Caium.

r lib. 52.

u Leg. 4 C.
de hæres.



De *ARCHIEPISCOPO*, fateor, inspectione iuris,
& consuetudine gentium, hanc facultatem instituendi, &
confirmandi nominatum & electum, supremo praesidi
competere. sed Religionis causa, quia est Individua; &
quod de toto, idem de qualibet eius parte iudicium: in
hoc praesertim tam perturbato rerum statu, inspicienda
sunt tempora, quibus parere omnes Politici praecipunt,
¶ Nam in morbis quoque nihil magis periculosum,
quam immatura Medicina * Et expeditum est, Medicos
plus interdum quiete quam mouendo & agendo proficere
y Suaserim ergo, cum protestatione, ne ea res tibi ac suc-
cessoribus praerudicet, ipsum electum, praesertim grauior-
is periculi declinandi causa, admittendum esse.

¶ Cic. ad
Att. 12. ep. 1

* Sen Con
sol. ad Hel.

y Linius
lib. 24.

De *CORONATIONE*, siquidem antiquis tempo-
ribus, coronandi potestas penes milites & seculares erat,
neque usquam legitur certum praecipuum, quomodo ea in re
procedere oporteat, nisi quod Ecclesiastici temporum la-
psu, sibi, consuetudine veteris Ecclesiae, aliquid iuris ea in
re sibi vendicant: Existimarim, si Archiepiscopo aut alij
eiusdem professionis id tribuere nolis, aut non possis, ut
placide cum ordinibus agas, ut te quadam ex parte cere-
monijs istis liberent, aut ipsimet Proceres, sine ministerio
Ecclesiastico, insignia Regni tibi deferant atque commen-
dent, aut te pro coronato, absque ceremonijs, habeant atque
suscipiant.

Quod si uerò (ut puto) id fieri non possit, ad eum ca-
sum res redit, ut inter duo mala, illud quod minus est, eli-
gatur. Quia temporibus cedere & necessitati parere, sa-
pientis semper est habitum. Neque enim in ceremonijs,
sed fide consistit religionis professio.

Et haec quantum ad prudentiam togatam de acquiren-
do. De acquirendo autem, quid fieri debeat circa Religio-
nem

nem, Iusticiam, & œconomiam, deq; constituenda tota
re publ. ex sententia, ex utili & bono presentis quæstionis
non est. Si ea de re aliquando interrogatus fuero, senten-
tiam meam liberè dicam.

Nunc contra vim & Rebellionem, hæc tibi paucis fi-
deliter suggero. Contra vim nullum fortius instrumen-
tum, quam præsidium militare, commeatus, pecunia,
munimenta & consilia. Nam ut Lampridij verbis utar *a*
Nemo prouocare audebit, aut facere iniuriam ei Regi,
quem intelligit expeditum & promptum ad vindican-
dum. Sed cum ijs maxima ex parte nunc destituaris: con-
silio tibi opus est, quomodo sine vi atq; armis, cum tuis tu-
tus esse ac omne periculum declinare queas.

Primum est, ad coronationem ne propera, nisi prius
discussis & compositis ijs, quæ in quæstionem veniunt.

Secundum, ne te in locum demittas, vbi obsidione
cingi, commeatu & exitu possis prohiberi.

Sed pro tertio, certam tibi arcem, & quidem mariti-
mam designa, ad quam tempore necessitatis possis confu-
gere, eamq; multò ante, & frumento & commeatu & alijs
necessarijs rebus muni. Et ex elogio Vegeti pro certo habe
¶ Qui frumentum necessariumq; commeatum non præ-
parat, vincitur sine ferro. In reliquis enim casibus potest
in tempore subueniri. Pabulatio & annona in necessitate
non habent remedium, nisi ante condita. *y*

Quartum. Capitaneum istius arcis, & alios officiorum
ministros, antequam ad tractatus descendas, arctissimo
fidelitatis vinculo tibi obstringe, ut receptaculum omni
hora securum inuenias.

Quintum. vbi ad consilium publicum perueneris, cer-
tos tibi coryceos constitue, per eosq; ex doctrinâ Aristot-
telis *d* diligenter inquire, quid quisq; subditorum faciat
aut

a
In Alex.

c
3. cap. 26.

y
Idem 3.
cap. 3.

d
s. Polit. c. 11

aut dicat, subditorum dico maximè illustrium. Nam in
omnes quæ acies inquirat? Hoc cum ad alia vtile, tum con-
tra insidias & Rebellionem, valebit firmiter. Quoniam
rarò, nisi malè locuti, malè faciunt. Rem enim factam ha-
bes, si detectam. Sed in deliberationibus, ex monitu Me-
cenatis e non oportet omnibus, quæ ab his talibus dicun-
tur, fidem habere, sed acriter ea examinare, atq; discutere.

Dio. lib. 51.

Sextum. Veritate facti comperta, aut ex circumstantiis
verisimili (si melioribus consilijs res flecti non poterit) non
quid ad postulata respondeas, sed quemadmodum non
respondeas cogita, hoc est, te quàm primùm & quàm
commodè poteris subducito, & ad locum tutiorem cum
tuis concede, ac conuentum, non nisi post discessum dis-
solue, & leniter, futuri temporis occasiones meliores re-
rum agendarum te daturum promitte.

Septimum. Classè, naues, & omne instrumentum
nauticum, vt in tua solius potestate maneat, operam dabis,
& ita statue, ex arcibus maritimis & classe nauali, te vtrùq;
regnum, & conseruare & perdere posse.

Plura nunc non addam, sed Deus Opt: Max: in quo
viuimus, mouemur & sumus ꝛ per quem reges regnant
& conditores legum iusta decernunt, ille erit à latere tuo,
& custodiet pedem tuum ne capiaris ꝛ & ego pro te vota
suscipio, & ago cum Deo, vt sospitem te incolu-
memq; præstet, si tu cæteros ꝛ. Datum
Stocholmij. 5. Ianuarij. Anno

Act. c. 17.

Pro. Sa.


lom. c. 3.

Plin. Pa.

neg.

1594.






VD16
pV

+





10

Consilium,
SIGISMUNDO
POLONIAE ET SVE-
CIAE REGI,

*Cum de confirmanda RELIGione August.
Confessionis, & Archiepiscopo Upsaliensi, &
Coronationis ritibus, à quo administran-
di essent? inter Regiam
& Ordines Regni Sue-
animorum cont
disceptaretur
exhibitum 6. Ia
Stocholmi*



Anno M. D.

